



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

81 Episcopi possunt visitare clausuram in omnibus monasterijs monialium,
etiam Episcopis non subjectis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

rum, constitutionum, & consuetudinum, ac de defectu intentionis ejusdem Sedis Apostolicæ cognoscere possunt, *cap. 14. de refor. sess. 24.*

80 Decimononò in ¶ omnibus monasteriis monialium Episcopis non subjectis Sedis Apostolicæ auctoritate, Episcopi clausuram visitare possunt, & ubi clausura violata fuerit, ut restituatur, ubi verò fuerit inviolata, ut conseruetur, debent procurare, inobedientes, & contradictores per censuras ecclesiasticas, aliatq; pœnas, quacunq; appellatione postposita, compescendo. concil. Tridentin. *in cap. 5. sess. 25. de regul. & monial. & cap. 1. de statu reg. in 6.*

81 Vigesimo monasteria, ¶ quæ sub immediata Sedis Apostol. protectione, ac directione regi consueverunt, tenentur quolibet triennio se in congregationem redigere, ibique certas regulares personas deputare ad formam *capit. in singulis de statu monach.*

Quòd si in his negligentes fuerint, Metropolitanus eorum negligentia tanquam

Sedis Apostolicæ delegatus, supplere potest, & si, Metropolitano instante, satisfacere non curaverint Episcopis in quorum diocœsibus monasteria sunt sita, tanquam Sedis Apost. delegatis, subduntur, *ut c. 8. de reg. & monial. ead. sess. 25.* in pœnam negligentium observantiam regulæ, quam servare tenentur, *ut in cap. exiit, de verb. signific. in 6. & in clement. 1. eod. titulo.*

Vigesimo primò possunt ¶ etiam Episcopi ex dispositione sacri concilii Tridentini *cap. 8. de reform. sess. 22.* tanquam Sedis Apostolicæ delegati, legatarios cogere ad soluendum legata relicta à testatoribus, juxta formam dicti *cap. 8.* etiam, si sint officiales sanctæ Inquisitionis, & ob id exempti à jurisdictione Ordinariorum, vel professores in aliqua Universitate ratione litterarum conservatoriarum, quæ eximunt à jurisdictione ordinaria, non autem à delegata à Sede Apostolica, ut per sac. congreg. fuit decilum *super eodem, cap. 8. in decis. sub titulo. Patavina, & in 9. consuetudine etiam.*

DE COLLATIONE BENEFICIORVM

Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 Collatio beneficiorum de jure communi Episcopis competit, quocunq; tempore vacant.

2 Collatio beneficiorum regulariter hodie

Episcopis in quatuor duntaxat mensibus spectat.

3 Collatio beneficiorum vigore alternativa ad Episcopos in sex mensibus est concessa.

4 Al-